

dam litteras cereo sigillo sigillatas - coram nobis exhibuit et pupplicauit - non viciatas - non cancellatas - sed omni vicio et suspicione carentes - Tenorem qui sequitur continentes - Reuerendis &c. *Se N:o 822 och 93.* Quibus exhibitis et diligenter inspectis - ad instanciam predicti fratris Boecii - eas transcribi fecimus de verbo ad verbum - nil addito uel mutato - et redigi in hanc pupplicam nocionem - in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum - Datum Lundis - anno dominij M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup> Tercio. XV<sup>o</sup> kal. februarij.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1381.

1303 d. 14 Febr.

Linköping.

Kanikerne KNUT, INGE och OLOFS m. fl. Vittnesbref om ett utbyte af gården Wreta mot Norred, mellan Gudmund Gudmundsson och Domprosten Wimund i Linköping, och om den sednars mellangift, till större delen erlagd i böter för den förre.

A. 6. a.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, KANUTUS, INGO, et OLAUUS canonici lincopenses, ac ADOCATUS et CONSULES eiusdem ciuitatis, salutem in omnium saluatore, Constitutus in presencia nostra in ecclesia lincopensi die beati ualentini, Gudmundus gudmundi condam filius coram nobis puplice fatebatur quod pro commutacione curiarum quam fecit cum domino, W. proposito lincopensi dimittendo eidem domino .W. curiam dictam Wrethæ cum omnibus suis attinenciis, et recipiendo sibi et suis heredibus curiam dictam norrethe, in cuius melioracionem leuauerat hic subscripta, primo cum dictus gudmundus iuit ad karelos pro uarijs suis usibus, XV. marcas denar. Item ingimaro dicto herdkono .VI. marcas denar. Item gunnaro quem lesit apud karelos, unam curiam in vesterwik sitam, ualentem .XIII. marcas denar. Item uillico in thiængnaby quem lesit. quartam partem attungi in nyartha-wi. quem byrgerus liquidson emit pro .XX.III. marcas denar. Item .XII. marcas denar. pro dimidio attungo in sconbyergh quas leuauit dominus hongerus ulfson. Item quando fuit proscriptus pro quadam transgressione legis, dicta thingsfrid, pro iure regio et boschipt nec non et pro iure prouinciali, quadraginta marcas denar. Item pro secunda proscricione, domino philippo, Wlfson. unum equm ualentem .XX. marcas. Item quando tercio fuit proscriptus, iohanni dicto fraka quem lesit .II. marcas. et pro iure regio et boschipte, XX. marcas. Item pro .XII. thynir ordei quos fecit seminari in norredum .VI. marcas. Item pro .XX.III. thynir ordei quos recepit begirstad .XII. marcas. Item dimidium attungum et .XII. mam partem attungi in lund iuxta suthurcopiam pro .XX. marcas. Item in prompta pecunia .X. marcas. Item ad melioracionem curie dicte rekkioscogh quam recepit gudmundus pro curia dicta lund, quartam partem attungi in wiskorø hec autem omnia sicut

supradictum est sepe dictus G. se coram nobis recepisse fatebatur. presentibus etiam alijs quam plurimis fidedignis, In cuius rei evidenciam pleniorum, sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum et actum Anno domini M°.CCC°.III. loco et tempore prenotatis.

Sigillen, alla 5, något skadade, hängande i remsor.

*På fränsidan:* Littere super bonis wreta prope wist.

1382.

1303 d. 7 Mars.

Skön.

Ärkebiskop NILS ALLESSONS i Upsala Gåfvobref på en gård i Westrahylum, till underhållande af gästning på Rafwunda skogen, med förbehåll för åboen Thorer Gyrdss son och dess arfwingar, allt, så länge de gästningen underhålla, få denna egendom innehafva och begagna.

A. 6. \*)

Omnibus presentes litteras inspecturis, NICOLAUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Constare volumus per presentes, Quod nos predium cum domibus in vestrahylum. valoris quadraginta Marcarum quod nobis et ecclesie nostre vpsalensi dominus øndo presbiter ecclesie lithi, pro suis forefactis et delictis, persoluit et assignauit sub testimonio bonorum, in communi placito habito apud ecclesiam aas in jempcia, loco in silua Rawundum, per dominum Jacobum bone memorie predecessorem nostrum, inchoato, vbi thorirus gyrdonis filius nunc inhabitat, ad supportandum facilius hospitalitatis beneficium, transeuntibus et maxime pauperibus inpendendum, conferimus et jure perpetuo possidendum deputamus, ea tamen condicione adiecta, quod idem thorirus, vxor eius si superstes ei fuerit ac heredes dicti thoriri, quamdiu hospitalitatem solitam in loco eodem exhibere studuerint, predicti predij vsumfructum et prouisionem irreuocabiliter habeant dominio tantum et proprietate in eo, nobis, ecclesie nostre vpsalensi, et nostris successoribus reseruatis, Prohibemus igitur districtius Ne supradictum predium in vestrahylum, seu alia predia, per nos, vel predecessorem nostrum dominum Jacobum loco predicto assignata permutentur, alienentur, vel quomodolibet distrahantur, seu inter aliquas vmquam personas diuidantur, sed ille vel illi tantum, potissime immediati heredes dicti thoriri, quamdiu simul commanere in loco rawundum supradicto, et dicte hospitalitati voluerint et valuerint deservire, sub forma et modo superius prenotatis, vsumfructum et prouisionem bonorum habeant et possideant supradictorum Si vero dissensionem et controuersiam, oriri contingat inter ipsos heredes, et velint possessiones inter se diuidere, tunc ad diffinicionem domini vpsalensis absque omni contradictione heredum

\*) Finnes äfven i en af Ärkebiskop Hemming i Upsala bestyrkt afskrift af år 1346.